



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exemplorum Libri Tres

Liber Tertius, Sive Exempla Divinae Irae, Per Opera Poenitentiae, Nobis
Leniendae - Per Quadragessimam Anno M. DC. XLVIII. narrata

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1650

§. 5. Arcis obsidio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48194)

Intellecta mente *Marci* rex vi censuit agendum, conflatq; exercitu ipse castrum obsedit. Puto nos expertos, quid sit vel timere obsidionem. 1: Quanta est rerum hominumque perturbatio? Quanta fuga? 3. In ipsa autem obsidione, quantus, inter imbelles, timor, quàm varij rumores & opiniones? 4. Nemo audet extra portas pedem longiùs efferre: nemo securè prospicere, nesciens vnde globus aduolet, caputq; feriat. 5. Iam quanta cura, hoste moenia quatiente, & muros conscendente? 6. Sæpe ipse periculo maior est timor periculi. 7. Iam intus, quæ non necessitas? quæ penuria aquæ, panis, lignorum & aliarũ rerum? 8. Quanta miseria morborum magis, quàm hostium grassantium? 9. Quanta fames, quanta lamenta feminatum? 10. Et hoc quidem, si vel ad duas, tresũe hebdomadas locus quispiam obsideatur. Quid putatis fuisse calamitatis in castro *Guiar*, quod nõ ad tres hebdomadas, vel menses, vel etiam annos, sed septem integris annis arctissimam sustinuit obsidionem? ita vt ne canis quidem egredi inde posset, nihil autem introferri. 11. Ibi ergo, cum victualia deessent, non solùm milites sagittis, balistis, alijsq; vulneribus, sed etiam fame enecti defecerunt. Defecerunt & alij homines, vnus post alterum. 12. *Hic nobilis ille Marcus imitatus est claros viros Casilinos, qui cum Hannibalis obsidionem paterentur, alimentorum facultate defecti, lora, coriaq; necessarios v-sibus subducta, atq; a scutis detractas pelles feruenti aqua resolutas ederunt, & tali cibo vti sustinuerunt, ne fidei constantiam Romanis pre-stitam violarent.* 13. *Nec aliter quidem Cretensium nobilis animus egit, qui in arce obsessus ad ultimam penuriam compulsus fuit, ac iumentorum vrina stim correxit; quia dum vinci timuit, id passus est, quod victor eos pati cogere non potuisset, vt ait Iulius Frontinus.* 14. Itaque tandem exhausta præsidij arce, solus *Marcus Guterrius* vltimusque superfuit. Quis hunc militem non laudaret? quis non officio, & sacramento satisfecisse iudicaret? *I, Marce, generosè te gessisti. Nemo poterit te imbelliæ, aut timoris arguere. Ipse Didacus non potuit tantum à te expectare. Dudum ipse arcem tradidisset. Serua nunc te, plus seruabis, quàm si decem arces seruares.*

Pusillanimes faciliè acceptassent hanc excusationem, vt
omnes

V.
ARCIS OBSE-
DIO.

VI.